

Thomae de Aquino

Collationes in Orationem Dominicam

Prooemium

I.

1019. – Inter alias orationes Oratio Dominica principalior invenitur.

A) Habet enim quinque excellentia, quae in oratione requiruntur. Debet enim esse oratio secunda, recta, ordinata, devota et humilis.

1020. – a) Secura quidem, ut cum fiducia adeamus ad thronum gratiae eius, ut dicitur *Hebr.* IV [16]. In fide etiam non deficiens: dicitur enim *Jac.* I,6: „postulet autem in fide, nihil haesitans“. Rationabiliter autem haec oratio est securissima: est enim ab advocato nostro formata, qui est sapientissimus petitor, in quo sunt omnes thesauri sapientiae, ut dicitur *ad Coloss.* II [3], de quo dicitur *I Ioan.* II [1]: „advocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum“; unde dicit Cyprianus in *Lib. de Oratione Dominica*: „Cum Christum habeamus advocatum apud Patrem pro peccatis nostris, quando pro delictis nostris petimus, advocati nostri verba proponamus“.¹ Ulterius securior apparet ex hoc quod ipse qui orationem exaudit cum Patre, docuit nos orare, secundum illud *Psal.* XC,15: „Clamabit ad me, et ego exaudiam eum.“ Unde dicit Cyprianus: „Amica, familiaris et devota oratio, Dominum de suo rogare.“² Unde ab hac oratione nunquam sine fructu receditur: nam per eam venialia dimittuntur, ut dicit Augustinus.³

¹ Cyprian, *De oratione dominica* 3 (CSEL 3.1,268,12-14).

² *Ebd.*, 3 (CSEL 3.1,268,9).

³ Vgl. Augustinus, *Contra Iulianum opus imperfectum* I 101 (CSEL 85.1,119,43-46).

Thomas von Aquin

Auslegungen zum Herrengebet

Vorwort

I.

1019. – Unter den anderen Gebeten muß das Gebet des Herrn als das vornehmste gelten.

A) Denn es besitzt die fünf Vorzüglichkeiten, die ein Gebet haben muß. Das Gebet nämlich muß sein: sicher, recht, geordnet, andächtig und demütig.

1020. – a) Sicher muß das Gebet sein, „auf daß wir mit Vertrauen hinzutreten an den Thron seiner Gnade“ (*Hebr* 4,16), und nicht versagend im Glauben; denn es ist gesagt im *Jakobus-Brief* „Er soll bitten mit Glauben, ohne zu zweifeln“ (*Jak* 1,6). Mit gutem Grund aber ist dieses Gebet das sicherste; denn es ist gefügt von unserem Anwalt, welcher der weiseste Fürbitter ist; von ihm heißt es im *Kolossierbrief* (2,3): „In ihm sind alle Schätze der Weisheit“, und von ihm ist gesagt: „Wir haben einen Anwalt beim Vater“ (*1 Joh* 2,1). Deshalb sagt Cyprian in seinem *Buche über das Herren-Gebet*: „Weil wir Christus haben als einen Anwalt beim Vater für unsere Sünden, darum laßt uns, wenn wir für unsere Sünden bitten, die Worte unseres Anwaltes vorbringen.“ Noch sicherer erscheint das Herrengebet dadurch, daß, der es uns hat selber beten gelehrt, es auch mit dem Vater erhört, gemäß dem *Psalmswort*: „Er wird zu mir rufen, und ich werde ihn erhören“ (*Ps* 91 [90],15). Darum sagt Cyprian: „Freundschaftlich, vertraut und ergeben ist das Gebet, durch das wir den Herrn mit seinen eigenen Worten bitten.“ Deswegen wird niemand je ohne Frucht von diesem Gebet zurückkehren; denn durch es werden die läßlichen Sünden nachgelassen, wie Augustin sagt.

1021. – b) Debet etiam esse oratio nostra recta, ut petat orans a Deo quae sibi conveniunt. Nam Damascenus dicit: “Oratio est petitio decentium a Deo”.⁴ Multoties enim non exauditur oratio, quia indecentia postulantur. *Iac. IV,3*: “Petitis et non accipitis, eo quod male petatis”. Scire autem quid sit petendum, difficillimum est, cum difficillimum sit scire quid sit desiderandum. Ea enim quae licite petuntur in oratione, licite desiderantur: et ideo Apostolus dicit, ad *Rom. VIII,26*: “Nam quid oremus sicut oportet, nescimus.” Ipse autem Christus doctor est: nam ipsius est docere quid nos orare oporteat. Nam discipuli dixerunt ei, *Luc. XI,1*: “Domine, doce nos orare”. Ea ergo quae ipse orare docuit, rectissime postulantur: unde Augustinus: „Quaecumque autem verba dicamus, nihil aliud dicimus quam quod in ista Oratione Dominica positum est, si recte et congruenter oramus.“⁵

1022. – c) Debet etiam esse oratio ordinata sicut desiderium, cum oratio sit desiderii interpres. Est autem hic debitus ordo, ut spiritalia carnalibus, caelestia terrenis desiderando et orando praeferamus, secundum illud *Matth. VI,33*: “Primum quaerite regnum Dei et iustitiam eius; et haec omnia adiicientur vobis.” Hoc Dominus in hac oratione servare docuit: in qua primo petuntur caelestia, et postmodum terrena.

1023. – d) Debet etiam oratio esse devota, quia pinguedo devotionis facit sacrificium orationis esse Deo acceptum [...]. Devotio autem plerumque propter prolixitatem orationis obtunditur: unde Dominus superfluum orationis prolixitatem docuit vitare, dicens *Matth. VI,7*: “Orantes autem nolite multum loqui.” Et Augustinus dicit ad *Probam*: “Absit ab oratione multa locutio; sed non desit multa provocatio, si fervens perseveret intentio.”⁶ Unde Dominus hanc orationem brevem instituit.

1024. – Consurgit autem devotio ex caritate, quae est amor Dei et proximi: quorum utrumque in hac oratione ostenditur. Nam ad insinuandum divinum amorem, vocamus eum Patrem;

⁴ Johannes Damascenus, *De fide orthodoxa* 68 (ed. Buytaert, 267,3f.).

⁵ Augustinus, *Epistula* 130,22 (CSEL 44,65).

⁶ *Ebd.*, 130,20 (CSEL 44,62).

1021. – b) Recht aber muß unser Gebet sein, damit der Beter von Gott erbitte, was ihm zukommt. Johannes von Damaskus sagt: „Beteten heißt das Geziemende von Gott erbitten.“ Vielmal nämlich wird das Gebet nicht erhört, weil Ungeziemendes erbeten wird: „Ihr bittet, ohne zu empfangen, weil ihr schlecht bittet“ (*Jak 4,3*). Zu wissen, um was man bitten soll, ist außerordentlich schwer, weil es außerordentlich schwer ist, zu wissen, was man sich wünschen soll; denn was man mit Fug wünschen darf, darum darf man auch mit Fug beten. Deshalb sagt der Apostel im *Römerbrief* (8,26): „Wir wissen nicht, um was wir bitten sollen, wie es sich gebührt.“ Christus selbst aber ist der Lehrer: Ihm steht es zu, uns zu lehren, um was wir bitten sollen. Die Jünger sagten zu ihm: „Herr, lehre uns beten“ (*Lk 11,1*). Was also er selbst zu erbitten gelehrt hat, das ersehnt der Mensch mit höchstem Recht. Darum sagt Augustinus: „Welche Worte wir auch sprechen, wir sagen, wenn wir recht und passend beten, nichts anderes als was in jenem Gebet des Herrn enthalten ist.“

1022. – c) Das Gebet muß auch geordnet sein, wie auch die Sehnsucht; denn das Gebet spricht die Sehnsucht aus. Dies aber ist die rechte Ordnung, daß wir in Sehnsucht und Gebet das Geistige dem Leiblichen und das Himmlische dem Irdischen vorziehen gemäß dem Worte: „Suchet zuerst das Reich Gottes“ (*Mt 6,33*). Diese Ordnung hat der Herr in jenem Gebet zu wahren gelehrt; es erbittet zuerst das Himmlische und danach das Irdische.

1023. – d) Das Gebet muß ferner andächtig sein. Die Fülle der Andacht macht das Opfer des Gebetes Gott wohlgefällig [...]. Die Andacht aber wird meistens erstickt durch das Übermaß der Worte. Darum hat der Herr uns gelehrt, den überflüssigen Wortreichtum im Gebet zu meiden: „Wenn ihr betet, so macht nicht viele Worte“ (*Mt 6,7*). Und Augustinus sagt: „Fern sei dem Gebet das viele Reden; nicht aber soll ihm, wenn nur die Meinung mit Glut ausharrt, die Fülle des Bittens fehlen.“ Darum hat der Herr dieses kurze Gebet eingesetzt.

1024. – Es ersteht aber die Andacht aus der Liebe, die Gott und den Nächsten umfaßt; und beides wird kundgemacht in diesem Gebet. Denn um die Gottesliebe in uns zu wecken, nennen wir ihn „Vater“;

ad insinuandum autem amorem proximi, communiter pro omnibus oramus dicentes, „Pater noster, et dimitte nobis debita nostra“: ad quod proximorum dilectio nos induit.

1025. – e) Debet etiam oratio esse humilis, secundum illud *Psal.* CI,18: „Respexit in orationem humilium“; et *Luc.* XVIII [9-14], et Pharisaeo et publicano; [...] Quae quidem humilitas in hac oratione servatur: nam vera humilitas est quando aliquis nihil ex suis viribus praesumit, sed totum ex divina virtute impetrandum expectat.

(Lateinischer Text: corpusthomaticum.org)

um aber die Liebe zum Nächsten in uns zu wecken, beten wir allgemein für alle Menschen: „Vater unser, und vergib uns unsere Schuld“; dazu aber führt uns die Nächstenliebe.

1025. – e) Das Gebet muß endlich demütig sein, gemäß dem Psalmwort: „Er sieht auf das Gebet der Demütigen“ (*Ps* 102 [101],18); desgleichen gemäß der Erzählung vom Pharisäer und Zöllner in *Lk* 18 [9-14]. [...] Die Demut aber wird gewahrt in diesem Gebet. Denn die wahre Demut liegt darin, daß einer nicht seine eigene Kraft überschätzt, sondern alles von der Kraft Gottes erwartet.

(Übersetzung: Josef Pieper)